



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

EPISTOLA IV.

LEONIS PAPÆ I.

AD VNIVERSOS EPISCOPOS PER SICILIAM
CONSTITVTOS.

- I. *Quod prohibeatur in die epi-
phania baptismum celebrari.*
- II. *Quod cuncta nobis per ordinem
rerum, per incarnationem Do-
mini nostri salutis sacramenta
digesta sunt.*
- III. *Quod in baptismo mors proue-
niat interfectione peccati, &
sepulturam triduanam imitetur
trina demersio, & ab aquis e-
leuatio sit velut resurrectio de
sepulcro.*
- IV. *Quod beatus apostolus Petrus
in die Pentecostes virorum tria
millia baptizauerit.*
- V. *Quod hæc duo tempora, id est,
Pascha & Pentecoste, a Ro-
manis pontificibus ad baptizan-
dum præfixa sunt.*
- VI. *Quod omni tempore hi qui ne-
cessitate mortis urgentur, id est,
agritudinis, obsidionis, persecu-
tionis, naufragij, debeant bap-
tizari.*
- VII. *Vt de Sicilia terni semper
annis singulis de episcopis, ad
diem tertium Kalendarum O-
ctobrium, Romam sociandi Sy-
nodo occurrant.*

*Leo episcopus vniuersis episcopis per Siciliam constitutis
in Domino salutem.*

DIVINIS præceptis & apostolicis monitis incitamus, vt pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid vsquam reprehensionem inueniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sancti-
onis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur: vt periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens toties commendatum dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

I.

Cum ergo mihi de caritatis vestræ actibus fraterna
Concil. Tom. 7.

H ij

Anno Christi 449. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 8. scripta est hæc epistola. 25. q. 1. Diuini præceptis.